1156 x

servitio militari, ad munimenta, ad Evictorem, velali
is quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non
differendo, ad quietationem praefata ultra proximos officij
praefati Castren. Capitan. Premyslien. terminos, dilatio
nem sibi non recipiendo, nullasq. motiones, Appellati
ones, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa
omnia poenis simplicibus, vel triplicatis, Evasionibus,
suspensionibus, fatalijs Juris, praescriptione Terrae bello
conventioneq. ac alijs omnibus Juris remedijs et de
fensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis eva
dendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemis
sa omnia mediante.

Feria Sexta post Dominicam Judi= ca Quadragesimalem proxima, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Se ptuagesimo Primo.

20/III

Kulczycka Abrenuntiat.

63 Comparens personaliter, Coram officio, et Actis praesentibus
Castren. Capitan. Premyslien. Nobilis Helena Kulczy=
cka olim Nobilis Iwan Kulczycki Chapka, cum olim No
bili Nastasia Kulczycka, Consorte eius legitima Cumeis
dem Mariti sui, uti tutoris Coniugalis, personali assisten
tia, et ultroneo ad infrascripta recognoscenda Consen
su. Sana mente et corpore existens, a Terris, Distri
ctibus, finibus, Jurisdictionibusq. suis quibusuis, proprijs
et competentibus, recedendo, praesenti vero Castren.
Capitan. Premyslien. Jurisdictioni, quo ad Actum hunc
attinet, secum successoribus, bonisq. suis generaliter
omnibus, totaliter, et plenarie incorporando, atq. subij
ciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit.
Quia sibi Recognoscenti de bonis paternis se Recognoscens
procreata filia, illius vero Andreae Terlecki Petrylowicz Consors legitima,

in Vim dotis et expeditionis legitime concernens per manus Nobilium Hiacynthi, Hoasko, et Hrynio Kulczyckie fratrum suorum germanorum, totaliter et plenarie satisfactum est, obquam eiusmodi satisfactionem, dotisq et expeditionis plenariam et sufficientem persolutionem, bonis paternis, in rem et manus supradictorum fratrum suorum abdicat, abrenunciat et resignat salvis nihilominus bonis paternis similiter se Recognoscens cum alys successoribus suis in Vim dotis Concernens. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Terlecki Consorti Reformat

Comparens personaliter Coram officio, et Actis praesentibus 534 Castren Capitan Premyslien, Nobilis Andreas Terlecki Petrylowicz, olim Nobilis Basily Terlecki Petrylowicz, cum Nobili Marina Pachawska procreatus filius. sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis proprys et competentibus recedendo, praesenti vero Castren Capitan Premyslien Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus, bonisq suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atq subyciendo, palam, libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Nobili Helenae Kulczycka, olim Nobilis Iwan Kulczycki Chapka, cum olim Nobili Nastasia Kulczyska, Consorte eius legitima procreatae filiae, sui vero Recognoscentis Consorti legitimae, eiusq posteris summam Centum Quinquaginta florenorum polon, ratione verae dotis, et expeditionis, post ipsam acceptae et in domum suam importatae, nec non aliam similem summam, Centum Quinquaginta florenorum polon, ratione certi, veri, iusti, et liquidi dotality, in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium, haereditariorum, obligatoriorum, mobilium, et immobilium, summarumq quarumuis pecuniariorum; nec non auri, argenti, clenodiorum, Unionum, margaretharum, vestium,